

fere^(a) veteres atque antiquas litteras meas amici habeant et crebro illarum delatorem^(b) accusent, quando ego ipse in culpa sum. quam quidem non excuso, si modo id ascribi michi culpe debet, quod parum sedulo itinerarios exquiro; sed hunc laborem facile michi remittent, cum intellexerint, qui vite mee tenor sit. ego enim vix unquam domum exeo^(c), nisi cum in scholas progrediendum sit; si qua deambulatio resumptionis aut solatii causa a me suscipitur, ea domi sub tectis vel in hortis agitur. foris id unum michi otium est, ea sola voluptas, quod cum domino Francisco nostro esse crebro licet; sed nocti hoc datur. semper enim quando postero die vacandum est, sero ad eum venio, perpetuis studiis sed eius maxime diei bina lectione defatigatus^(d). suam iocis partem damus, minorem seria et iocunde scripture sibi horam vindicant, atque in longam noctem vigilamus una. post ego domum redeo; ipse remanet. studiorum autem meorum hec est species. singulis noctibus diu^(e) ante lucem exurgo, ad lucernam in libris sedeo, accepta memorie commendo, accipienda prevideo, ad scholas de primis eo, provectiores rogo, pares de questionibus^(f) et argumentis adior, indoctiores, si qui sunt, audio; binas singulo die, crebro trinas lectiones accipio, eoque pacto dies michi traducitur, et prima quidem, quemadmodum et postrema^(g), pars noctis studiis datur. quis igitur in hac cupiditate discendi, in tanta studiorum et glorie contentione, in tam acri exercitio litterarum, negligentie michi adscribat quod raro^(h) epistolas⁽ⁱ⁾ dimittam, quibus non ingenium, non voluntas, non denique scriptura, sed caritas nunciorum impedimento sit? hec autem latere ceteros malim, ac de negligentia prius me ipsum accusari patiar quam, ambiciose me iactans, more vani ho-

Se egli è poco sollecito nel cercar dei messi, si scusa adducendo il tenore della propria vita. Raramente esce di casa, se non per recarsi allo Studio.

L'unico suo svago è d'intrattenersi la sera con lo Zabarella.

Descrive la sua giornata, tutta dedicata allo studio.

Perciò gli amici non devono biasimarlo, se le sue lettere sono infrequenti.

(a) B ferre (b) C et crebro delatores litterarum (c) C defatigatum (d) P espunge diu (e) C pares questionibus (f) B P ex postrema (g) C raras (h) B epistolam (i) P sit et hec autem

(1) Il 18 ottobre 1394, il V. abitava a Padova « in contrata Ruthene ». Nell'epist. CXXXVIII egli dichiara esser stato « interdum domesticus, « semper autem familiaris » dello Zabarella, e difatti la sua prima comparsa nei documenti padovani lo dimostra

quale arbitro insieme con lo Zabarella d'una contesa fra la chiesa di S. Maria ed il convento dei frati Minori in Galzignano in una riunione tenutasi il 5 maggio del 1391 « in domo habitacionis infrascripti d. Francisci... posita in contrata S. Margarite ».